



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiaë,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De militia Conradi Regis contra Hungaros. Cap. XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Conradus regnavit annis septem, qui & ipse caruit benedictione Imperiali.

De militia CONRADI Regis contra Hungaros.

C A P. X X V I I.

LUDOVICO itaque defuncto, non dissimilis fuit Germaniæ status sub Conrado Rege. Ei namque se opposuerunt, accersito ex Gallia & Lotharingia Carolo Posthumo, Arnulphus Bauariæ, Gisbertus Lotharingiæ, & Burchardus Sueviæ Duces, & alij. Ne tamen hæc dissensio protinus incivile bellum erumperet, sola Hungarorum irruptione impeditum fuit, qui post mortem Ludouici aggressi Arnulphum Bauariæ Ducem, sed fortiter repulsi, pace cum eo facta, in Italiam sese conuerterunt, ubi Berengarius Rex, sauitiam eorum veritus & multitudinem, ne progredierentur prohibuit, non vi & armis, sed muneribus, magna pecunia pacem mercatus. Regressi itaque ab Italia Hungari, & denuo Germaniam adorti, primùm Saxoniam, Thuringiam, & Franciam, inde transmissis Rheno Lotharingiam & Alsatiam, Basilea eversa, horribili grassatione percurrerunt, & Conradum ad pacem quibuscumque conditionibus redimendam annua tributis pensione, adegerunt.

Cur